



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Norbertvs Ep. 6. Iunii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

S. NORBERTVS EP. 6. Iunii.

NORBERTVS Dux ejus familia,
 Nquam Pramonstratensem indigi-
 tant, summis aulae Imperatoriae hono-
 ribus perfunctus, cum mundo se abdi-
 casset, futurum progressus atque incre-
 menta ab ipsomet CHRISTO in cruce
 pendente est edoctus. Nocentissimam
 Tanchelini haeresin Antuerpiae tum-
 grassantem, introducta è suis colonia,
 jugulavit: Archiepiscopus post Parthe-
 nopoli, quia in corruptos civitatis mo-
 res liberè pro DEO, & dicebat, & age-
 bat, multorum in se odia convertit,
 ut jam essent, qui necem ipsi, sociis
 verò exilium minitarentur: sed eorum
 insidias semper caelum elusit; tamen
NORBERTVS, Servatorem amu-
 latus, obvius nonnunquam hostibus
 iverit. **MARIAE** cultui se suosque
 æternum devovit; unde è **VIRGINIS**
 manu vestem candidam (quâ mores
 suos tota hæc familia etiamnum mon-
 strat) ab Augustino verò Leges aureis
 literis exaratas accepisse memoratur.
 Ita candidatus cum caelum diu ambi-
 visset, anno demum C. XXXIV. supra
 M. obtinuit, & in victoriae signum
 olivam manu præferre visus est. Non-
 nemo eundem sub liliæ imagine trans-
 portari in caelum conspexit. An-
 non gratulari sibi terra tunc potuit,

V 4

cum

cum flores habuit, quos in sua rosaria transferre Superi amabant? Sed & nuntiales daret, si non ungue infesto invidus cælo heu! mundus præriperet. *Es Sario.*

S. ROBERTVS ABB. 7. Junii.

ROBERTVM alterum D. Bernardi R oculum imitandum proponimus, eâ frugalitate virum, ut helluari sibi videretur, si ipsis Paschalibus avenaceum panem butyro adipatum gustasset. Genium ergo suum defraudans intactum pauperibus remisit. Sed debebatur cælo tam delicatum Apophoretum, tantaq; virtute conditum. Angelus sub centonibus latitans eo donatus est, argumentis aliis pluribus, & illo maxime agnitus, quod discum invisus omnibus in mensam retulit, & paulò post, quasi vicem relaturus, lato ROBERTVM nuncio beavit, nomina discipulorum ejus albo cæli inserta esse, duos duntaxat eâ felicitate excidisse: ex quibus alterum credibile est eum ipsum fuisse, quem è medio orantium cœtu dæmonis furcâ abstractum, auferri ab eo sportâ aspexit spoliū orco. Aliàs globo juvenum immixtum Cacodæmonem, & singulorum auribus sua venena insufurrantem à magni sceleris apparatu abduxit, fatentem postea certum sibi fuisse, nuptiales ludos jurgiis, & multâ cæde finire,

re,